

Montfaucon denkt er in erster Linie an das grosse Werk einer „Manuscriptorum Germaniae Bibliotheca.“ Er nennt als Arbeitspensa unter anderem: Collectio conciliorum per Germaniam celebratorum, woran damals bekanntlich bereits J. F. Schannat arbeitete; Apparatus scriptorum rerum Germanicarum; Historia Germaniae pragmatica; Germania sacra ad modum Galliae Christianae conscribenda, ein Thema, das der Jesuit M. Hansiz in Angriff genommen hatte und dessen weitere Ausführung später thatsächlich von Benedictinern, den St. Blasianern, übernommen wurde; Bullarium Benedictinum, solas Summorum Ponticum bullas complectens; Apostolatus Benedictinorum per Germaniam (p. 55). Er denkt ferner an Gesammtausgaben berühmter alter, für die deutsche Geschichte wichtiger Autoren und nennt unter diesen einen Bonifatius, Alcuin, Rab. Maurus, Wilhelm von Hirsau, Engelbert von Admont, Adam Villicus, Johannes Trithemius (p. 58).

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Die Consuetudines Farfenses und Cod. lat. Vat. 6808

Von D. Bruno Albers (O. S. B.)

(Schluss zu Heft IV. 1897, S. 547—563.)

Festivitas sancti Mauri.

discipuli patris nostri benedicti. Ad vesperum B. Sanctissime confessor Ymnus „Iste confessor.“ Aña. „O sanctissime.“ Collecta „Intercessio nos quaesumus“ dehinc sanctorum suffragia finita hane aña. ad stationem canendo peragant. „O beati viri.“ oratio de ipso Vitorium duo fratres || cappis induti canant. Confessor domini. lectiones VIII^{to} de ejus vita B. „Euge serve bone.“ Quartum quippe duo fratres ante altare „Sanctissimus Maurus“ VIII^{vū} „Sanctissime confessor.“ Omelia Dixit „symon petrus“ XII^{mū} quippe „Beatus vir maurus.“ Alium „O beati viri mauri.“ In evangelio aña. „Sanctissime.“ Ad statio de ipso quo conveniant. Ad missam officium „Os justi.“ collecta intercessio.“ Epistola „Beatus vir qui inventus est.“ Evangelium „dixit symon.“ Ad vesperam aña. de confessoribus.

In caelebratione

Sancti marcelli ad vesperam, postquam dicta fuerit collecta beatissimi mauri. Repetant aña. ex ipso beatissimo cum gloria patri. Deinde sanctorum suffragia peracta eant canendo ad ejus locum hunc B. „Sancte marcelle.“ Sacerdos dicat V. „Magna est gloria ejus.“ oratio „Laetetur ecclesia.“ Ipse locus apte sit decoratus, et tria candelabra ante ejus aram assint, praeter illa, quae infantes deferunt. Vitorium duo fratres cappis ornati persolvant

„Adoremus Christum.“ Lectiones de ejus passione octo **R.** „iste sanctus.“ Quartum „Ora pro nobis“ duo fratres ad gradus. octavum „sanctae marcelle.“ Evangelium de homelia „homo quidam peregre“ XII^m **R.** „Agmina sacra.“ Missam quippe sicut in ipsius est sollempnitate. Vesperas ut mos est agere de una martyrum ita agatur.

In festivitate

Sancti Sebastiani atque Fabiani ad vespervas etiam si dominicus dies inventus fuerit sic persolvat hoc **R.** „Sebastianus vir christianissimus.“ ymnus „sanctorum meritis“. Añã. sicut est in autenticis oratio „Infirmiãtatem nostrã.“ pluralem dicat. Denique sanctorum supplementa peracta hunc **R.** initiẽt pergendo ad stationem. „Beatus es et bene tibi erit“ collecta de ipso in laude repetant añã. ex sancto Fabiano. Denuo ad processionem **R.** hoc resonent. „Elegit dominus virum“ cum sua collecta. Missam matutinalem plurimorum martyrum dicant. Adjungentes „Infirmiãtatem nostrã“ et illas, quae solite sunt di[[cere cotidianus diebus. Ad majorem tantummodo Infirmiãtatem nostrã et „deus qui beatum sebastianum.“ Proprium alium ut conscriptum est in sacramentorum libro. Vespera denique dicende sunt añã. quae super nocturnos fuerunt.

fol. 21^r

In Sollempnitate Beatissimae agnes.

Ad vespervas post dicto domino benedicamus repetant añã. „christi virgo“ cum gloria patri de ipsa beata. Cum sanctorum supplementa peracta fuerint inchoet hoc **R.** „Amo christum.“ Oratio de eadem beata. „Supervenite“ duobus in albis dicant. In laudibus sanctorum amnicula expleta hoc **R.** inchoent. „Omnipotens adorande“ oratio de eadem. Missa vero sicuti in sacramentorum continetur ita persolvatur. Ad sinaxim vespera añãe, quae in nocturnali obsequio habentur, canantur.

Festivitate magnificentissimi vincentii. Ad vesperum capitulum de ipso beato amministret et fratres bini ante altare. **R.** hoc melodientur. „Ssmũs vincentius.“ Exactis sanctorum suffragiis cum hoc **R.** ad stationem pergant „Gloriosus dei amicus.“ collecta de ipso. Ad vitatorium duo sint in cappis. lectiones octo de ipsius passione, IIII^{tũ} VIII^{vũ} XII^{mũ} **R.** a duobus fratribus decantentur. homelia „Nisi granum frumenti.“ In laude sanctorum suffragia beatorum conclusa **R.** hoc imponant peragrantes ad stationem „Meruit esse hostia“ collecta de ipso cum **V** anteriore et „dominus vobiscum.“ Vespertinas synaxim añã. quae in nocturnale obsequium fuerint promant.

Purificatio — haec ypopanti gaudentes agite cuncti.

ne gloriosae virginis mariae dum seniores edunt a secretariis decorentur dimidia pars aeccliesiae. Oratorium vero ipsius beatae totum adornabitur. Ad vesperam XII^{ci} candelabra anteriora

arae, et posteriora ejus V^{que}. Capitulum „Ecce mitto angelum.“
 R. „Responsum acceperat,“ ymnus „Ave maris stella.“ || Aña.
 „Cum inducerent.“ oratio „Perfice in nobis.“ Ad stationem eant
 canendo ad aedem ejusdem genitricis hoc R. „Beata es maria.“
 V. a sacerdote dicatur. „Benedicta tu in mulieribus.“ „Dominus
 vobiscum“ oratio de ipsa domina. „Erudi quaesumus domine
 plebem tuam.“ Invitatorium III^{or} fratres in cappis canant. lectiones
 de sermonibus patrum R. a binis ac binis cantabuntur. Tres
 candelae ante aram, et posteriora ejus una. primo et secundo
 nocturno erunt ita. Ad canticum autem augeantur VIII^{vē} ante-
 riori parti et posteriori septem. Superiori ipsius XV^{ci}. Cantica
 „populus, qui sedebat“ in tenebris. Ad stationem R. „hodie virgo
 maria.“ Sacerdos dicat V. „Ave maria gratia.“ Oratio „Deus qui
 salutis aeternae.“ Ante primam sint tres calices aurei super altare
 et duo candelabra aurea, quae jugiter ardeant in ipso die et per
 omnes horas tria accendant ante ipsam aram. Ad matutinalem
 munia tantummodo una collecta dicatur in eadem basilicam. A
 sanctus, sanctus cuncti vestiantur fratres in albis. Expleta ipsa
 sacra sonetur signum, faciant orationem. denuo pulsato reddant
 horam. Ipsam exacta accipiant III^{or} seniores reliquias minores,
 textos evangeliorum duos pueri tunicis induti, conversi duas
 cruces, tertium (!) crucifixum aureum — crucifixum aureum.
 Aquam sanctam, duo turibula aurea necnon et III^{or} candelabra.
 Exhinc continuo incipiant hanc aña. „O beata infantia“ et eant
 sic per ordinem ad oratorium sanctae, gloriosae virginis. Inprimis
 ipsius processione subsequantur eos infantes cum magistris.
 Deinde seniores bini ac bini sicut priores sunt et tunc conversi,
 qui nesciunt cantare. Ad ultimum dominus abbas suam pastoralem
 virgam gestans in manibus. Aña. pernotata peracta, dicat sacerdos
 V. „benedicta tu.“ „Dominus vobiscum.“ Collecta „Deus, qui
 salutis aeternae.“ Qua dicta omnibus congregatis fiat oratio sub
 silentio cumque fecerit signum prior pariter surgant. Ac deinde
 accedat sacerdos in antea prope altare et dicat hunc V. „Post
 partum.“ „Dominus vobiscum.“ Oremus. „Erudi quaesumus domine
 plebem tuam.“ Deinde cereos benedicat et aquam aspergat benedi-
 ctam super eos ac timi]amatizet altare in primis, postmodum
 cereos. Ex tunc accipiant III^{or} secretarii bini hinc ac duo inde,
 quorum videlicet duo ex his donent fratribus et infantibus, illi
 duo deportent cereos ad eos, quasi modum servitii impendendo.
 Fratres vero unusquisque cereum suum accendat ad alium fratrem
 juxta se stantes. Pueri denique nullo modo ad alium fratrem
 accedant ad illuminandum suum cereum etiam inter semetipsos
 nisi ad magistros suos tantummodo. Cantor imponat aña. „lumen
 ad revelationem.“ Incipientibus vero pergere dicantur aliae quae
 conveniunt. Videlicet „Ave gratia plena.“ „Adorna thalamum

fol. 21^r

fol. 22^r

tuum.“ „Responsum acceperat.“ Tabulam quoque debent accipere ferendo de ipso oratorio ubi imago nostri domini est depicta et genitricis ejus. Sicuti enim venerunt ita revertantur per ordinem in claustro Sicut hic demonstramus:

Aqua	Crucem.	Candelabrum.	Turibulum.	Cantor	Bractium	Sceptrum.
sancta.	Crucifixum.	Textes	Cassula.	Te ^x	vza.	kū.
Tabulam.	Crucem.	Candelabrum.	Turibulum.	Cantor.	Pomum.	Septrum.

Peracta omnia, quae dicenda erant in galilea introeuntibus in ecclesiam hanc aña. perstreperant vel concinnant. „Cum inducerent“ Sonantibus omnibus eramentis. Tunc dentur ab armario vel secretario ab omnibus cappae etiam ad conversos ad pueros quippe condonentur tunicae. Ad missam candelabra, quae sunt ante aram et eius posteriora universa accendantur. Officium „Suscepimus deus. Epistola „haec dicit dominus Ecce ego mitto angelum meum.“ Evangelium „Postquam impleti sunt.“ „Credo in unum Deum“ imponant. Cerei cuncti offerant sacerdoti. Ad expletionem missae omnia signa pulsentur. In refectorio debent esse tabulae coopertae. Post prandium expectetur servitores ad nonam atque lectiones vacent. Surgentibus a refectione¹⁾ tunc pulsetur signum et procedant omnes in ecclesiam et pueri ante altare faciant orationem. Qua facta pulsentur denuo signum et tunc reddant horam. Expleta eant bibere in refectorio]] sonante ante cymbalo. Si haec festivitas ante septuagesimam evenierit ita fiat. Ad vesperam aña. „Tecum principium.“ „Redemptionem.“ „Exortum est.“ „De fructu ventris.“ — Sequitur. Quando ipsa festivitas simul venit

cum die dominico. omnia faciendum est de festivitate et una tantum processio sit ornamentorum omnium. et candelaborum sicut jam notatum est superius. Officinarum orationes,²⁾ quemadmodum moris est facere. die domini resurrectionis ita agant. Aña. ad ipsum diem pertinentes dicant. — Subpinguntur de ipsa sollempnitate.³⁾ Item de ejusdem festivitate. Si in [septuagesimam⁴⁾] aliquando perventa fuerit die sabbati ipsa festivitas caelebretur. Post refectionem autem servitores expectentur ad nonam Vespera quippe ex ipsa celebratione omnia faciant et repetant postmodam aña. de septuagesima.

Item aliud ex sacratissima.

Si vero ipsa caelebritas post septuagesimam adventaverit Gloria in excelsis deo non dicatur R. Suscepimus deus. Tractum

¹⁾ Ursprünglich im Texte ad refectionem.

²⁾ Auf Rasur.

³⁾ sollempnitate auf dem Rande hinzugefügt.

⁴⁾ Ist ausradiert. Nur »gesima« im Text noch zu lesen.

Diffusa est gratia. Cum sequentibus versiculis. Ite missa est nullatenus resonent in hoc die.

Paulus conversus sibi tales exigit usus.

Conversione Sancti Pauli ad vespervas capitulum. Saulus adhuc spirans minarum. *R.* Ibat igitur. Ymnus. Doctor. Sacerdos revestiat in cappa. *Añã.* Saulus autem. Oremus. Deus, qui universum mundum. Vitorium duo fratres in cappis personent. Ymnus. Exultet. caelum. Quattuor priores lectiones de actibus apostolorum. Saulus adhuc. In secunda nocturna de moralibus. Beatus igitur iob subaudi ubi sequitur iste versus. Numquid volet rinoceros servire tibi? Tertio homelia ex evangelio. Dixit Symon petrus. *Añã.* *R.* quemadmodum in ejus conversione adfixe sunt in autentico. Infantes ad nocturnales obsequium in fine psalmo non pronuntient *añã.* quemadmodum soliti sunt, sed versuum initia dicant. Similiterque faciant cunctis festis, que versus habent. *R.* IIIII^{to} duo decantent ad gradum. Octavum tres. XII^{mo} IIII^{or} persolvant. Ad missam officium sicut in ejus festo est anteriore ita dicatur praeter orationem] et epistolam, quae ista dicenda (!) est. Deus, qui universum mundum Saulus adhuc. In refectorio tabulae cooperiantur. Ad vespervas quippe dicantur antyphoniae nocturnales sine versibus. Capitulum de ipso beatissimo. Ymnus Doctor egregie.

fol. 23^r

In caelebritate sancti johanni (!) viri magnificii, quo est in natale agnetis secundo. Octo lectiones de praefato dicto confessore, Ad cantica *añã.* Inventa bona. homelia de ipsa virgine. *R.* Diem festum. In laudibus *añã.* Ingressa agnes. Matutinalem missam de eadem beata. Majorem sancti johannis.

Festivitate sanctae Agathae.

Ad vesperum *R.* Vidisti deum (d̄) et expectasti Ymnus Martyris ecce. Ad stationem *R.* Ego autem adjuvata. Oremus de ipsa beata. Ad noct. ymnus jesu corona virginum. Lectiones octo de sua passione. In tertio homelia de virginibus. In laudibus ymnus Virginis proles. Ad sanctorum suffragia finita hoc *R.* decantando eant ad ejus aram. Beata agatha ingressa. Oremus de eadem martyra.

Si post septuagesimam inventa fuerit. Ad sacram *R.* hunc resonent. Adjuvavit ea Tractus. Qui seminant in lacrimis. Ad vesperam nocturnales *añã.* imponantur. Ymnus. Martyris ecce et reliquum cursum, qui convenit.

Hoc in litoribus chobar concinnite planctus.

Sabbato Septuagesima.

Ad vesperum *R.* viderunt te aquae deus. Ymnus. O lux beata trinitas. Alleluja Alleluja. Puer jesus. Oremus. Praeces perpetui (?). Vitorium duo in albis persolvant alleluja, alleluja. Ymnus primo dierum omnium. In primo nocturno *añã.* alleluja.

Ego sum pastor bonus. Lectiones octo de in principio. Prima prologus Desiderii mei. *R.* Alleluja dum praesens est. In secundo aña. Dulce lignum alleluja, alleluja. Ad cantica In domino alleluja, alleluja. homelia Beati Gregorii Simile est regnum. In laude autem dicatur alleluja sicut inserte sunt in antyphionario. *R.* haec est dies quam fecit dominus alleluja, alleluja. *V.* Exultemus et laetemur in ea alleluja, alleluja. In evangelio alleluja, alleluja aña. Et respicientes. Benedicamus domino Puer (!) cum alleluja dicatur (!) in suo ordine stante. Respondeant || cuncti deo gratias alleluja. Deinde requiescat usque ad diem magnum decretum ut denuo cum exultatione et gaudio resonemus. Exhinc debent inchoare duos psalmos pro defunctis quos dividerant Kalendis Novembris. Ad dominum cum tribularer et de profundis. Per horas dicendae sunt aña de evangelio ipse die recitato. Ad primam capitulum Domine miserere nostri. Ad missam induantur ebdomadarius frater cappa ad officium inchoandum. Diaconus casula, qui dum habuerit aromatizata altaria exuat se et complicet illam per medias scapulas coaptetur, qui tandium (!) habeat quoad usque corporalem reddat et deinde sicut prius induat se. Subdiaconus cum sua perstet usque dum Kyrie eleyson inchoatur et tunc exuatur. Lecta epistola induat se et per totam ipsam sacram habeatur. Ex tunc nulla festivitate subdiaconus tunicam vel diaconus dalmaticam usque caena domini. nec gloria in excelsis deo dicatur sacerdos ad missam. Nec ad finem Ite missa est diaconus Ipsa die debent esse tabulae refectorii coopertae. saginaque non amplius usque pascha manducare. Exeuntes expectent servitores dum advenerint festinent cuncti ad ecclesiam cum signum audierint. Pueri eant ad orationem ante altare. facta denuo pulset heramentum et agant horam. ex tunc sonetur cymbalum et pergant in refectorium ita per ordinem. Majores per claustrum quod juxta ecclesia est. Infantes iter per scolam. dum coadunati fuerint sonet prior scillam et bibat unusquisque cum sua justitia. Exinde sonet unum ictum et facto parvo intervallo percutiat tres vices ipsam et sic redeant ad legendum si hora permittit. Ad vesperum *R.* Spes mea deus quam ebdomadarius frater dicat. Omnium sint positi vultus contra orientis partem usque dum gloria patri imposuerit. sic debent facere de cunctis brevioribus. In cotidianis diebus ista duo responsoria a puerulis parvulis usque sabbato quadragesimae dicenda sunt videlicet Spes mea et adjutor meus esto deus. Liber genesis legatur ad officium nocturnale tandiu quousque sit expletus. Ac deinde alii, qui post ipsum restant tam in refectorio, quam in aecclesiis. ut sint exac[ti] in capite jejunii. In ipsa septimana tollant dimidium cortinarum ecclesiarum. Privatis autem diebus illico ut exierint de oratorio dei genitricis mariae post vespervas confestim eant in dormitorium

fol. 23^v

fol. 24^r

atque unusquisque discalziat se diurnales et induat nocturnales. Vaginam pariter cum cultello auferant et capiti suo collocent. Exiens autem parvum fiat intervallum videlicet usque dum coadumentur pueri cum magistris in scola et codices aperuerint et quantulumcumque subter silentium leguerint et tunc secretarius sonet signum tandiu quousque eant infantes et agant officium ex mortuis. Deinde exeant in claustro et suis lectionibus meditent aliquantulum et tunc prior cymbalum percutiat et surgant et abluant manus suas unusquisque. Denique sine mora eat prior vel ille qui ordinem tenuerit atque scillam pulset. Nam si aliquis ex fratribus antea pervenerit non praesumat consedere usque quo ille in suum ordinem sedeat. Si quis ad praesens versus non fuerit non egrediatur, sed extra januam perstet, quousque advenerit ille, qui ordinem tenuerit deinde accepta licentia ingrediatur. Exeuntos iterum sedeant in claustro usque dum signum collationis audiant.

Sexagesima sabbato ad vesperum. *R.* formavit igitur. lectiones VIII^{to} ex veteri testamento. *R.* In principio. In tertio homelia Beati Gregorii Papae Exiit, qui seminat. Matutinis laudibus *R.* breve haec est dies quam *V.* Exultemus.

In festivitate Sancte Scolasticae. Ad vespas. Cap. Emulor enim vos. ymnus Jesu corona. *Añ.* Sanctimonialis autem. Oremus. Deus, qui nos annua. Lectiones ad ipsum diem pertinentes. *R.* Diffusa est cum aliis sequacibus. Ad cantica *añ.* Santimonialis. homelia Simile est. Duodecimum *R.* Cumque sanctus Benedictus. Ad sacram officium Dilexisti justitiam oremus. Exaudi nos Deus salutaris noster Epistola Emulor enim *R.* Adjuvavit eam. Tractus Diffusa est gratia [*]* Offerenda vel communio sicuti ordinata sunt ita persolvantur. Vespera quippe agatur sicut moris est virginum sanctarum celebrare.

fol. 24^r

Sabbato Quinquagesimae ad vespas *R.* Dixit Dominus ad noe. ymnus O lux Beata. Lectiones octo de antiquo instrumento (sic!) *R.* quemadmodum posite sunt in autentico. Ipso namque die obmittant caseum et ova. Adveniente feria II^a quicquid ex cortinarum ornamentis aeclesiarum sustollatur.

In Cathedra S. Petri.

principis apostolorum. Ante vesperam sint textus evangeliorum super altare et in choro adornati tantum parietes bancalis et super formulas tapetia. Quinque candelabra ante aram et tria posteriora ejus ponantur. Capitulum Petrus apostolus electus advenis *R.* Si diligis me. ymnus Doctor egregie. Sacerdos vestiat cappam circum-eundo altaria cum incenso. *Añ.* Tu es pastor ovium. Oremus Deus qui apostolo tuo petro Supervenite duo fratres decorati cappis decantent. Tu es pastor ymnus Exultet. Antiphonae In omnem terram et alias sequaces. lectiones de ipsius sollempnitate. Gaudeo

fol. 25^r

dilectissimi Et haec *R.* canendo (!) sunt. Quem dicunt. Si diligis me. Tu es petrus Domine si tu es. In secundo *Añã.* Exaltabuntur *R.* Surge petre. Tu es pastor ovium Ego pro te rogavi. Quodcunque ligaveris. Super cantica *añã* Betus petrus. Ipsa Vos sancti domini. Lectiones ex evangelio recitentur. Venit jesus. Tot candelabra quot fuerunt vespere. et ad sacram similiter atque vespere superveniente. *R.* Solve jubente deo. Qui regni claves. Beatus es symon. Petre amas me. Solve jubente deo Simon johannis. Capitulum petrus apostolus. *R.* exaltent eum. ymnus Doctor egregie petre. *Añã.* Quodcunque Ad missam majorem omnes ornati sint cappis. et infantes tunicis. Diaconus et subdiaconus casulas habeant. Officium sex fratres || teneant et hoc ipsum personent. Statuit ei dominus collecta. Deus qui apostolo tuo petro Epistola Petrus apostolus electus *R.* Exaltent eum. *Ÿ.* Confiteantur. Tractus. Tu es Petrus *Ÿ.* Et porte *Ÿ.* Quocunque. *Ÿ.* Et quodcunque. Evangelium venit Jesus in partes. caesareae. offerendam. Tu es petrus. communicatio Tu es petrus et super. Benedicamus domino diaconus tonatae dicat. In refectorio tabulae cooperiantur. Ad vespere *añã.* Juravit dominus et aliae sicut in ejus habentur festivitate. *R.* Exaltent eum ymnus jam bone pastor. Doctor egregie Petre. Olive binae. Sit trinitati sempiterna gloria. *Añã.* Dixit symon petrus ad Jesum. Oratio quae jam praenotata est. Si ipsa festivitas evenerit post quartam feriam caput jejunii. Ex euntes capitulum abluant manus atque in claustro redeant et lectionibus vacent usque dum signum insonuerit. Tum surgant et faciant orationem. Qua facta induant se albis cuncti et denuo pulsato signo agant horam tertiam. Ipsa namque festa quemadmodum jam praenotatum habemus sic celebrent. Et jam jaenua (!) non flectant perhendiem. Post sextam signo pulsante eant in aecclesiam atque orationem efficiant. et revestiantur illi qui ipsam celebrare debent sacram. Laetanium non agant. Diaconus proclamet flectamus jenua. offerendam solummodo unus et textum osculetur et pacem faciat.

Si sabbato sequenti videlicet quadragesime ipsa festivitas aliquando advenerit vespere totae agantur ex praenotata sollempnitate. Quo dicto benedicamus domino repetant *Añã.* ex jejunio ipsius diei cum gloria *Ÿ.* Angelis suis deus et hanc orationem Deus. qui aecclesiam tuam annua quadragesimali.

Quarta feria caput jejunii. In nocturno secundo lectio. Convertimini ad me. *R.* de cotidianis dicat. In matutinalibus laudibus dicatur capitulum Inter vestibulum et altere *Añã.* In eum. Cum jejunatis. Collecta. Praesta deus fidelibus tuis Denique in horis atque obsequiis matutinatorum cotidie dicant lectiones ex jejunio. Ipsa die namque post sextam secretarius faciat parvum intervallum et tum sonet signum || et omnes se sine mora discaltient atque

fol. 25^v

manus suas lavent. Infantes in aeclesiam eant sine sonitu heramenti orationem agant ante altare et fratres in formulas quae constituta est ante gradus. Facto signo a priore ut surgant ab oratione. Vicoscola incipiat Aña. Exurge deus duo signa sonentur simul. versu sequente et psalmum. Deus auribus atque gloria patri cum repetitione ipsius antiphone dicant. Tunc dicant sacerdo(te)s(?) versum Ostende nobis domine Kyrie eleyson. Christe. Kyrie. Pater noster. Et ne nos. Psalmus Deus misereatur nobis capitulum sive versum Et veniet super nos. Dominus vobiscum. Collecta. Concede quaesumus deus praesidia militiae Christianae Dein deveniat sacerdos ad gradus benedicat cineres tantummodo stola in umero habeat. et aspergat aquam benedictam super cinerem atque omnium fratrum capita mittat et cantor inchoet antiphonam. Immutemus habitum¹⁾ et aliae quod sequitur. In aliis diebus quando processionem facturi sunt. Solummodo unam dicatur. Tunc debent per secretarium fratres iter peragere honaeste ut duo conversi procedant antea, quorum unus accipiat aquam sanctam et alter crucem et eant sic per ordinem ut infantes subsequantur eos cum magistris. Deinde caeteri conversi In novissimo alii sicuti sunt priores. Antiphonas quas praediximus exactas duos infantes inchoent laetanas majores, usque dum in aeclesiam redierint. et tunc dicant aliqua sanctarum feminarum Adjungentes propitius esto quemadmodum mos est facere in brevibus quoque laetaniis. Ad missam dicat diaconus. Flectamus genua et ad finem est. humilite (sic!) capita vestra deo. In refectorio recipiat helemosinarius quicquid remanserit de pane vel de vino et mox ut lectio terminata fuerit habeat ipse ante duas situlas ligneas in medium ipsius loci et hictu percussione facta in aquilla apprehendat infantes justitias et super ipsa vascula effundant vina. Exeuntibus inde mox ut in ecclesiam fuerint famulus provisor hospitii ilico ut sacerdos benedicamus domino dixerit Fabulam percutiat et eant, ut expleta oratione fuerit, illi, qui in ipsa fratres sunt conscripti tantum]]modo tres. Incipientes psalmum Miserere mei deus et per alios diatim ea denique faciant conscripti. Post vesperam quando fratres ituri sunt ad bibendum sicuti antea fecerunt ad refectionem ita peragant modo infantes. Quo patrato convenient ipsi ante mensam abbatis et hictibus percutientes scillam ante et retro se vertant cum magistris et novissimi hinc egredientes. In hoc itaque die tabulas binas exhibere armarius debet, uti sunt omnes per ordinem conscripti septimanarii fratres, quomodo vicissim serviant sibi ad coquine opus, quarum unam cellarius sub sua cura in promptuario teneat et in ipsis tabulis quasdam membranas habeat cum martyrologio anni vertentis quibus praesciant quod justitiae vel librarum

fol. 26r

¹⁾ corrigiert in'

panes per singulos dies in haelemosinam tribuantur. Et ex officiis plenis quantitas concedere debet per unumquamque dies temporibus suis. Alia quippe in claustra afixa sit in columpna, ut unusquisque provideat quota dies (!) ad pedes abluendos ituri sunt ad pauperes et in ipsa qualiter per ordinem sacra agere pro defunctis debebitur vicissim.

Quadragesima dies isto persolvite mores.

Sabbati in Quadragesima ad vesperum capitulum. Ortamur vos. **R.** Angelis suis. ymnus O lux Aña. Tu autem cum oraveris. Oremus Deus qui aecclesiam tuam. Supervenite duo fratres in albis dicant ymnus primo dierum. Lectiones octo de sanctorum patrum Cantyea. Deducant oculi homelia et evangelio Simile est regnum coelorum homini patri. In matutinalibus laudibus sit sacerdos in alba ad portandum incensum per altaria Capitulum ecce nunc tempus. **R.** Participem me. ymnus Eterne rerum conditor. **V.** Domine refugium.¹⁾ In primis collecta de die Deinde omnipotens sempiternus deus. qui dedisti famulis tuis et alias consuetudinarias. Ad processionem post aspersionem aquae Incipientibus pergere Responsorium de sancta maria imponat quod conveniat. Deinde ex oratorio Semper virginis procedentibus hanc Aña. proclament. **Christe pater** ¶ **pater.** Introeuntibus in templum et sanctorum quorum ibi reliquie habentur honorem. Inponant Aña. vel responsoria in; Ad matutinalem missam. Solummodo responsorium dicant quale in intiphonario praescriptum est. Majorem missam faciant ut praenotatum est septuagesimae. Tractus sex fratres decantent in alba tantum. abbate jubente possunt alii fratres usque dum ipsum dicunt consedere supra sedilia. In hoc die debent esse tabulae refectorii coopertae. Quod hic in brevitate adnotavimus ut supra in septuagesima quot sat est, praesignata sunt deo auxiliante. Nam denique secretaarius cortinam exacta vespera in fune ordinet et completorio consummato in circulos extendant.

fol. 26v

Feria secunda ad nocturnale obsequium ymnus. Somno reffectis et ita singulis diebus proprius dicatur ymnus usque in dominicam passionem. Ad ipsos vero vigiliis legant expositiones patrum sanctorum quae aedificent audientes. In secundo nocturno capitulum quale velit ex ipso jejunio. Orationem per unamquamque die dicat ferialem. Ad matutinales laudes ymnus jam christe sol. Aña. Venite bedicti patris mei. **R.** Convertite nos deus. Praeces. Oremus pro omni gradu. Oratio semper dicenda est in laudibus quadragesimalibus, quae die eadem in introitu missae caelebrabitur. Ad vesperam ea quoque ipsam, quae super populum habetur

¹⁾ Auf dem Rande hinzugefügt: Aña. Ductus est jesus oremus Deus, qui ecclesiam tuam. Ad matutinalem missam.

agant semper. Sanctorum suffragia excepta pro peccatis vero unum ex septem psalmis et alium de cantico graduum dicant. capitulum ostende nobis deus et orationem pro peccatis. Similiter ad omnes horas dicant duos psalmos prostrati pro semetipsis. Nullus ex fratribus ausus sit praeteriri. Luce apparescente secretarii cotidiana bancalia quae post dorsum fratrum solitae (!) erant stare suspendant. Capsulas eum reliquiis, crucifixos atque coronas universas cum linteaminibus cooperant etiam parvissimas cruciulas. Tabulam auream, quae ante majus altare est auferant et pallium super ipsa ara coaptetur || quod semper album sit coopertum in modum veli. alia autem per singula alba superponatur! Vestimenta sacerdotalia atque levitica et omnium administrantium aecclesiae lota dentur a secretariis etiam ad infantes. A tertia exeuntes infantes induant se more solito et ad psalmos prostrati in choro veniant canentes cum caeteris. Cortinam, quae est inter chorum atque altare ad offerendam in altum aliquatenus sustollant ad trinas orationes et ad diei horas similiter. hoc tamen magister infantum debet habere sub sua cura sustollendo in altum atque deponendo. Infra ipsam infantes sine custodia nunquam maneant. Sacerdos ad offerendam extra ipsam semper accedat. Nam quando sacra in hac die agitur pro defunctis omnia signa comerepentur et plenum officium efficiant pro defunctorum parentum nostrorum seu familiarum requie. Pauperibus duodecim in ipsa die refectioe praeperent. In refectorio fratres plus hebeant praeparata, quam aliis diebus soliti essent. tam pro illorum defunctorum quorum officium exequimur amore, quam diebus sollempnis destinatis praemiis futuri. Potionem etiam absque squillae sonitu propinent cunctis Mense lectores coquineque ebdomadarii a prioribus istis sacris diebus recipiuntur tunc demum juniores peragant, quia ait beatissimus pater noster ut nullus excusetur a coquinae officio. Nam denique postquam a refectioe servitores advenerint cunctorum signa haeramentorum et ex dormitorio exierint conclassentur et ita officium mortuorum caelebrent. Post deus auribus decantatum dicant sex psalmos pro ipsis usque triginta dies. Similiter libra panis atque justitia vini dentur hospitibus per singulos dies. Fieri namque debet VII^{te} diebus plenum officium pro cunctis. Voce mea per singula hora promatur quousque concludatur dies tricesimus. Collecte matutine || missae vesperae, sive vigiliae sicut solitae sunt dicende sic persolvantur. Signa pulsare tantum modo prima die debet tam ad vigiliam, quam ad missam. Alia vero, quae de hac re restant, qui sciolus vult fore die tertia properet post sanctorum omnium caelebrationem et quicquid reperit ibi, taliter procuretur efficere. Ad ea quae proposuimus revertamur. Ad capitulum debet armarius libros habere super tapetum positos Et post lectionem et sermonem factum recitatur brevis qualiter anno

fol. 27^r

fol. 27^v

praeterito libros habuerint fratres et cum audierit unusquisque nomen suum pronuntiari librum reddat, *et alium accipiat. Et si est aliquis*¹⁾ qui suum librum quod acceperat *perlectum non habuerit*²⁾ satisfactionem absque mora faciat. Post capitulum non loquantur in claustro. Secundo III^{ta} et sexta feria tribus aliis diebus tabula sonetur et loquantur Nam vespera cotidie hos psalmos prostrati studeant decantare. Qui confidunt. In convertendo. De profundis. Domine exaudi II. Capitulum Et veniat. orationem qualem velit pro peccatis Adjungentes semper et ad beneficia recollenda.

Illis diebus quibus processionem (Auf Rasur.)

agitur continuo ut signum horae nonae audierint in aecclesiam eant atque orationem communiter faciant. Denique sacerdos et alii ministri pergant sacrarium et inalbent se atque in choro redeant et servitutis pensum persolvant. Sacerdos stolam habeat in conversus in ultimo stet. ad psalmos prostratus sacerdos super formam majorem maneat cum ministris. Dein puer laetanium incipiat. Ille quoque propitius esto promente egrediantur, qui sacrata custodire debent expleta sinaxim (!) vesperis signum pulsetur et quae moris sunt consummentur. Quinta feria tota Quadragesima in refectorio habeant seniores vel fratres trina pulmenta praeparata a cellarario sive ab ebdomadarii et potio propinetur absque sonitu squillae et omni die dominico vel aliquibus sanctis, quando duodecim lectiones caelebrant eademque efficiant praeter quod caritatem fiat cum sonitu squillae.]] Tertia feria et sabbato tria cotta pulmenta apponantur. Secunda III^{ta} et VI^{ta} feria duo tantummodo praeparata sunt qui vult comedere comedat, qui vero non ad usum hospitem deputentur. Et tamen herbae istis tribus diebus addentur cellarario fratribus generaliter. qui velit edat. Sunt autem apud nos per totum annum quadraginta et septem plena officia quod ante censores nostri seu iste domnus abbas quae super est decreverunt fieri et scripti sunt in martyologio. Unde constitutum dare in hospitio stipendia ad XII^{ci} pauperes, et quando VII^{tem} vel etiam V. Secundum beneficium illorum defunctorum quorum hoc concesserunt coenobio ita conscripta sunt apud nos et visum est omnibus fratribus rectum super hoc et sanctissimis abbatibus istius monasterii quibus praefuerunt qualicumque feria illorum annua proventa essent ut in refectorio praeparata habeant optimam refectionem pro illorum veneratione et potio propinetur omnibus fratribus cum sonitu squillae. Et si infra octavis seu dominicis diebus seu sollempniis sanctorum evenerit illorum pronuntiatio tamdiu expectetur quousque dies absolutus

fol. 28^r

1) et quem alio anno legendum acceperat.

2) Die Silben um non ha von *perlectum non habuerit* auf Rasur.

evenerit. De officiis pro illis qualiter agendum sit requiratur in usu cotidiano et absolute inveniet. Quarta autem et sexta feria i. XL^a 1) quando processio fit nona hora signum pulsetur et omnes in aeclesia conveniant orationemque simul agant. Pueri vero ante altare eant Signoque interim percusso horam decantent. Et tunc exeant in claustrum et se unusquisque discalciet atque manus suas lavet in aeclesia conveniant et non sicut priori quarta et sexta feria orationem praemissa. Sed infra quadragesimae sollempnia statim antiphonam inchoet scola. Exurge deus et alia quae restant ad ipsum servitium pertinentia, quae nullatenus ut reor incognita habentur. Quarta feria adveniente tractum duo ex fratribus in albis decantent. De necessitatibus meis eripe me deus. Tunc ipsi duo se exuant cum offerenda exacta fuerint. Quadragenario illo to]tis diebus illis quibus silentio tenetur in claustrum per ferias horam quasi sexta ad usque potest ire ad suam confessionem unusquisque cum necessitas poposcerit. Sabbatorum namque diebus vel festis illis, quae in hac quadragesima duodecim lectiones agunt confestim ut agnus dei inchoaverint sustollant cortinam atque formae in longum coaptentur. Secretarii quippe pallium alium super altare in modum velum (!) expandant. exeuntibus ex vespere albam super ipsum extendant. In tertio nocturno deponant albam tantum. Ad missam cooperiant aram, finita exuant. Vespera ipsius diei exeuntibus extra secretarius albam superponat. Atque secunda frater auferat. In omnibus XII^{et} lectionibus debet post eompletorii finem mox ut exierint cortinam coaptare inter chorum et altare.

fol. 28^v

Qualiter agendum est sabbato in duodecim lectiones

Sabbato in duodecim lectiones post sextam mox ut signum pulsaverit in aeclesiam eant atque orationem agant. Sacerdos. levita conversus atque infantes omnes albis induantur et signum denuo pulsante hora regularem reddant. Quo peracto parvissimum intervallum fiat ut vestire se possit ille, qui officium in cappa agere debet et illi quatuor, qui benedictionem atque tractum cantare soliti sunt albis induti. Signa non pulsant. nec laetianiam decantent. officium Intret oratio mea. Sacerdos veniat cum ministris. ad altare faciat orationem deinde cum levita confessionem unum tantum candelabrum ad ipsa munia conversus deportet et duo sint ante in ipso loco coaptata. Tunc dicat sacerdos. Oremus. Diaconus clamet. Flectamus genua. Similiter ad alias orationes. In primis legant infantes juniores. Deinde alii ut venerunt. eademque ex responsoriis faciant et solummodo a singulo unum ex ipsis dicatur ad gradus. Prima oratio populum tuum quaesumus Deus Lectio Locutus est moyses R. Protec]tor noster. Lectio dixit moyses. R. Propitius esto. Oremus protector noster. Lectio Orationem

fol. 29^r

1) Die Worte i. XL^a sind von späterer Hand hinzugefügt.

faciebant. R. convertere deus. collecta Adesto quaesumus deus. Lectio Miserere nostri. R. Dirigatur. Oremus praeces populi tui. Lectio Angelus domini. Benedictionem duo dicant et post unumquemque versum a choris repetatur medietas primi versi cum illi duo exacta benedictionem habuerint. Veniat sacerdos ad altare et dicat. Dominus vobiscum. Diaconus non debet pronuntiare flectanus jenua. Sacerdos continuo dicat hanc collectam. Deus qui tribus pueris et solummodo ipsa dicatur. Epistola Rogamus vos. Tractum Laudate dominum omnes gentes. duo promant qui ipsum vel caeteros alios qualicumque tempore dicturi sunt semper super gradus ad analogium decantent. Similiter efficiant ex benedictione temporibus illis quando ipsa dicenda est. Evangelium Assumpsit jesus. Offerendam unus efficiat et hostias singulas mittat. Mox ut sacerdos calicem atque hostiam collocatam super aram habuerit deinde incaensentur. Tunc illi nuncupati qui benedictionem atque tractum dixerunt exuere se admodum congrue possunt. Pacem autem unus accipiat. Qua accepta exeat extra chorum quem primum ex laicis ibi invenerit cum eo pacem faciat et redeat in chorum. Dehinc quicquid in sabbatorum diem moris est ut supra intulimus ita agant.

Cum festivitas aliqua

celebretur in quadragesima post vespuras de omnibus sanctis, dicant vespuras pro defunctis. Deus auribus et verba mea. Si dies non fuerit post ea revertantur ad lectula. Ad primam autem cantent deus in adjutorium meum et miserere mei deus pro defunctis. Ad dominum cum tribularer et de profundis. VII^{te} psalmos et laetaniam. Post capitulum cantent XXX^{ta} psalmos quibus trinis dicatur gloria patri usque beati quorum et haec capitula Ostende nobis. esto nobis. Memor esto. domine salvos fac. Salvos fac servos tuos. Fiat pax. Dominus vobiscum. Deus a quo sancta. Omnipotens sempiternae (!) deus, qui facis. Pretende deus. Absolve domine. Omnipotens sempiternae deus, qui vivorum. Deinde sedeant in claustro cum silentio][cumque pulsatum fuerit signum ad tertiam venientes in oratorium primitus faciant orationem. Postea vestiantur. Sacerdos et laevita vel omnis, qui priori hebdomada ad officium fuerant ordinati qui ipsi matutinalem missam quae de festivitate caelebranda est festive *debent*¹⁾ peragere et omnes fratres qui praesentes sint ad pacem venire post missam vero secretario vertente formulas ad sextam flectantur genua ad orationem et familiares psalmi pro vivis vel defunctis vel etiam pro semetipsis ad sextam, nonam vel vespuras. Post nonam vero non debent dicere laetaniam sicut aliis privatis diebus solitum est ante missam. Propter festivitatem. Solummodo de jejuniis cum

fol. 29^v

1) Rasur.

collectis cotidianis et unus *offerat unus*¹⁾ pacem accipiat et post vesperam de festivitate flexis tamen ad orationem genibus. Sed et vespas pro defunctis omnino non debent dimittere. Officium autem mortuorum propter aliam psalmodiam nec vigilia in die caelebretur.

Dominica Secunda ad vesperum capitulum quod velit ex ipso jejunio. *R.* Ecce odor filii mei ymnus. O lux beata. *Añ.* Visionem quam vidistis. collecta Deus qui conspicias omni nos. Lectiones octo de ysaac et jacob. Incipientibus ubi ait *Senuit* autem ysaac. In tertio nocturno Ex evangelio egressus est jesus. Omelia bede. In lectione sancti evangelii.

In tertia quoque dominica quadragesimae. Sabbato ad vespas capitulum dicatur ex sollempniis jejuniorum ut sibimet visum fuerit. *R.* Dixit judas fratribus suis. ymnus O Lux. *Añ.* Dixit autem pater. Lectiones octo de josph iniciantes in genesis. fine at ubi dicit. Audiens autem jacob quod alimenta. In tertia vigilia homelia ex commentario bede. Erat jesus ejiciens daemonium. hac pronuntiatione expleta Sequitur sermo iste. *Demoniacus iste aput mathaeum non solum]] mutus sed cecus.*

fol. 30^r

Dominica III^{ta} In quadragesima die sabbatorum quando rasuri sunt. omnes psalmos die, quae consuetudinariae sunt dicantur, quibus etiam injungantur psalmi prostrati. Ad vesperum *R.* stetit moyses vigilia tertia homelia ex evangelio. Abiit jesus trans mare galilaea et caetera. Quia signa et miracula domini. In refectorio tabulae cooperiantur. Infra ipsam septimanam ebdomadae quartae, feria IIII. reponsorium duo in albis decantent. Beata gens. In omni sabbato quadragesimae vel in vigilia de aliquo sancto Laetianias non dimittant.

Festivitate Sancti gregorii eximii doctoris et apostolici viri. Ad vesperam capitula. Ecce sacerdos magnus. Responsorium breve amavit eum dominus. quod ab uno puero dicatur in suo loco. ymnus summe confessor. *Añ.* In medio aecclisiae. Oratio Deus qui animae. Dein repetant antiphonam de jejunio cum gloria. Similiter in crastino. Ad stationem reponsorium In medio aecclisiae. Oratio de ipso. Et tunc dicat vespas omnium sanctorum et mortuorum tam in hac hora quam die crastina absque antiphonis dicatur. Similiter et matutinos ipsorum faciant. Vitorium duo in albis. Justus florebit ymnus Rex gloriose Lectiones octo de ejus vita. *R.* Euge serve bone. Evangelium sint lumbi vestri praecincti. Omelia ejusdem. In matutinalibus laudibus maneat sacerdos vestitus. ymnus Iste confessor. Ad stationem reponsorium et oratio ipsius. Post capitulum exeant cum quinque psalmis pro

¹⁾ Auf Rasur.

fol. 30^v

dis. et tunc dicant. XXX^{ta} psalmos in aeclesia majore. Exeuntes vacent lectiones in clau-tro. Ad missam officium in medio aeclesiae. Oratio Deus qui anime. epistola Optavi et datus. R. Juravit dominus. Tractus. Beatus vir evangelium sint lumbi vestri. Offerendam Veritas mea. || Communio. Beatus vir. Ad vesperam antiphonam. Juravit dominus ymnus iste confessor. Iste est, qui ante deum. Preces. Ego dixi domine. Illa quae restant, quae huc non adnotavimus requirentur in sanctorum festis in quadragesima et quemadmodum inventa fuerint ibi ita adimpleantur.

Festivitate sancte Benedicti ad vesperum capitulum Beatus vir qui suffert R. Sanctus Benedictus vel deus non aspicias V̄. Et regrediente animas ymnus Christe sanctorum R. o beati viri oratio ipsius Vitorium duo in albis Confessorum regem ymnus Christe sanctorum. Lectiones octo de ejus vita R. fuit vir vite. Evangelium dixit symon homilia ex eadem lectionem (!) In laudibus evangelium dixit symon Collecta Omnipotens sempiternae deus. ymnus. *Imbuit*¹⁾ posthinc. ad processionem R. Sanctissime confessor. Oratio ejusdem beati Ad missam officium Os justi *Epistola Justum deduxit*²⁾ dominus per vias rectas. R. Os justi. Tractus Domine praevenisti eum evangelium dixit symon Off. Veritas mea. communio Beatus servus ille. In diurnis horis ymni de festis et ab inchoatione sextae horae usque in finem ipsius diei per singulam flectant jenua supra formam. capituli atque orationes sex in ipsa caelebratione dicantur Ad vesperam Aña. quae super nocturnos habentur et dicantur psalmi de confessoribus ymnus Christe sanctorum et repetant antiphonam et jejunio similiter que matutino ipsius diei.

In Annuntiatione Domi

nica sit altare sanctae mariae perfectissime ornatum. Ad vesperum capitulum Egredietur virga R. Ave maria. ymnus Ave maris Aña. Spiritus Sanctus Oratio Deus qui de beate. ad stationem R. missus est. Oratio ipsius. Ad invitatorium *III^{or} sit in cappis.*³⁾ Ipsum Ave Maria Lectiones octo ex dictis beati hyeronimi Ave maria gratia plena dominus tecum. R. missus est angelus gabriel. Ad cantica. Aña. de || caelo veniet. Cantica Ecce dominus in fortitudine. In tertio nocturno homelia sancti ambrosii ex evangelio. Missus est. In laudibus Aña. Benedicta tu Ad processionem R. suscipe verbum. Collecta Supradicta. Ad missam officium Rorate caeli desuper. Oratio Deus qui odierna die verbum tuum. Alia deus qui beate virginis. Epistola Locutus est dominus ad agat. R. Tollite portas. V̄. Quis ascendet. Tractus Ave Maria V̄.

fol. 31^r

1) Die Silbe Im auf Rasur.

2) Die Worte Epistola Justum deduxit auf Rasur.

3) Rasur.

Benedicta tu *Ŷ*. Spiritus Sanctus superveniet in te. *Ŷ*. Ideoque et quod nascetur. Evangelium Missus est angelus gabrihel. Credo in unum deum patrem qui semper dicendus est in hoc festo qualicunque evenerit die. Offert. ave maria gratia Communio Ecce virgo Ad vespervas¹⁾ Aña. Missus est gabrihel psalmus Dixit Dominus. Aña. Ave Maria psalmus Laetatus sum Aña. Egredietur dominus. psalmus Nisi dominus Aña. De fructu ventris tuae²⁾ psalmus memento domine David Aña. ad magnificat o virgo virginum et repetant aña. ex jejunio cum gloria patri.

Si vero post dominicam in palmis evenerit praedicta festivitas usque in feriam *Ŷ*. infra octavam paschae servetur et tunc sicut mos est in cappis ita agatur et duo allelujatica de adventu domini assummantur quae convenient ipsi diei.

Sancti Ambrosii festivitas. Si ante caenam domini venerit faciant sicut in sancti gregorii papae Si post pascha fuerit invitatorium duo dicant in cappis. Lectiones octo ex ejus vita. R. Beatus vir IIII^{tu} VIII^{vu} XII^{mu} a duobus decantabitur. In tertio homilia. Ego sum vitis vera. Quando infra octavam paschae evenerit lectiones atque responsoria omnia de ipso sancto praenotato faciant. Matutinalem missam ex resurrectione majorem autem e sancto. Officium Protexisti me deus. Oratio aecclesiam tuam. Epistola Beatus vir qui in sapientia R. Juravit dominus Alleluja confitebuntur Caeli. Offertorium Confitebuntur Communio Ego sum vitis. Per horas alleluja ex sanctis. Vespere sub alleluja canetur cum psalmis de confessoribus et repetant postmodum Aña. de domini resurrectione ipsius diei.

Taliter innecti moneat vos Passio Christi.

fol. 31^v

Sabbato in passione ad vesperam. capitulum adtende domine. Responsorium Usquequo exaltabitur quod qui canat gloria patri non dicat sed ipsum responsorium a capite recapitulet. ymnus vexilla regis Aña. animae impiorum Aña. quam solebant dicere de cruce dimittant Similiter processione (!) quam solebant agere in die sabbatorum ad sanctam crucem. Supervenit Aña quadraginta annis mox ut dictum fuerit hodie si vocem dimittant ipsi duo qui cantant hunc versum Quadraginta annis et imponent Ipsi vero et gloria patri non resonent. Sed Aña. Repetant ut supra. ymnus Pange lingua. Lectiones octo legantur de hieremiae prophætia Ad finem qui legit Tuarum (?) deus dicat. In tertio homelio beati Gregorii papae. Responsorium qui cantant Gloria patri dimittat et ipsum a capite repetat. Ad matutinalem missam non dicat sacerdos orationem Omnipotens sempiternae deus qui dedisti famulis tuis ad majorem ad introitum dicat gloria patri et credo in unum deum.

¹⁾ Auf dem Rande: ad vespervas aña Tecum principium

²⁾ Ueber die Silbe ae von tuae, hat eine spätere Hand ein i geschrieben.

In cotidianis diebus, qui legit, mox ut dominus abbas dixerit haec dicit dominus, Ille dicat convertimini ad me et salvi eritis horis omnibus vel obsequiis dicant capitula versus et orationes de passione domini sicut conscriptae sunt in collectario. O crux ave spes unica Per unum quemque diem ut dixerint usque ad medietatem ipsius versi *addim*¹⁾ maneant. (?)

Sic decet in palmis patres celebrare quot annis.

Sabbato In Palmis Tria Pallia tribus superponantur altaribus ante vespas post principale altare. Reliquiae sanctorum coaptentur in lignorum compositionibus ut deferri congrue possint. Fanones sive rami palmarum cum floribus praeparentur ut in crastino nulla fiat retardatio. Sit namque adornatus chorus bancanalibus. Missa ipsius diei expleta Pallia texta auro in majus altare adornetur Ad vesperam omnia signa sonent. Capitulum hoc sentite in vobis B. Fratres mei. ymnus vexilla Aña. Clarifica me pater. Oratio omnipotens sempiternae deus. Vitatorium duo fratres in albis. Ipsi vero Lectiones [octo ex hieremia. Verbum quod factum est ad hieremiam a domino dicens. Surge et descende in domum figuli. In tertio homelia de evangelio cum appropinquasset. Ad missam matutinalem officium Domine ne longe facias, oratio omnipotens sempiternae Deus. Ipsa sola tantum. Epistola hoc sentite. vel christus factus est pro nobis. Evangelium cum appropinquasset dum dixerint sanctus, sanctus vestiantur cuncti albis Sacra vero expleta benedicat sacerdos aquam et tunc pergant ad sanctam mariam R. canentes Ecce virgo quae genuit regem. Ad processionem Aña. cum sederit filius vel christe pater. Revertentibus in ecclesiam agant tertiam qua finita veniat sacerdos ante altare juxta ejus cornu ex latere acquilonari benedicat ramos palmarum et aliarum arborum. Dominus vobiscum et oremus in hoc loco non dicet. Sed tantum orationem de palmis atque floribus incipiet at ubi benedicta fuerint aspérget aquam benedictam in eis sicque accipiens turibulum aureum aromatizet altare majus in primis deinde ramos. Custodes aecclesie accipiant palmas et dent domno abbati et omnibus fratribus stantibus in choro per ordinem et cum dari ceperint immo imponat Aña. Pueri haebreorum hisdem quoque armarius assumat duas tunicas et induere faciat his juvenes fratres, quibus ipse annuerit qui textes deferant. Tunc conversi accipiant quattuor cruces. bina turibula aurea aquam sanctam quattuor candelabra unus ex sacerdotibus brachium sancti mauri et tres alii ex sacerdotibus cum reliquis ornamentis vel etiam octo Sedecim alii conversi ex quibus portent duo vel quattuor Imaginem sancti petri cum reliquiis et alii duo vel IIII^{or} Corpus sancti marcelli papae, et bini vel IIII^{or} alii cassam sancti gregorii

1) Die Silben i ad auf Rasur.

papae, et duo vel III^{or} alii sanctorum reliquias multorum patrum. Debent ita incedere per ordinem sicuti in his characteribus ostendimus. In primis famuli cum fanonibus bini ac bini incedentibus quasi XXX^{ta}

Fanonos	Reliquias	Gregorii papae	Sancti marcelli papae	Imaginem sancti petri	
	Sanctorum patrum	Quattuor fratres	Quattuor fratres	Quattuor fratres	
Fanonos	III ^{or} vel duo	vel etiam duo	Vel etiam duo	deportent.	fol. 32 ^v
Fanonos	III ^{or} vel duo	vel etiam duo	vel etiam duo	deportent.	
	Crucem	Turibulum	Candelabrum.		S. Pauli
	Aquam	Cassulam	Textum		Crucifixum
	Sanctam	Turibulum	Candelabrum.		
Candelabrum	Sceptrum	Pomum	Sacerdos	Et si velint per tempore	
Textum	Sceptrum	Brachium	Tabulam in hoc	In hac die etiam sceptris.	S. Pauli
Candelabrum	<i>Irum</i> ¹⁾	<i>VM.</i>	Die dimittant	Atque pomum <i>obmittere</i>	dimittere.
Ex hinc sequuntur illos <i>infantuli</i> ²⁾ bini ac bini.				possint. (<i>pofff'</i>)	

tuli.

²⁾ S. Paul *infantes.*

¹⁾ S. Pauli *KVM.*

vzz:

Im Anschlusse hieran geben wir ganz kurz die anderen Stücke, welche in der Ausgabe von Herrgott entweder ganz fehlen oder nur theilweise mitgetheilt sind. Es fehlt aus Cod. 6808 die Beschreibung der Feierlichkeiten für fol. 42^r Dominica prima post octabas paschae. — In festivitate sancti marci evangelistae.

Das Stück *Vetus disciplina* pag. 50 *Sabbato ad vesperam* — *hebdomadis* ist dagegen nicht im Vaticanischen Codex, wohl aber in dem von St. Paul enthalten. Weiter fehlt das Stück

fol. 43^v in festivitate sancti majoli, und

fol. 44^r *Si in dominica ipsa festivitas supervenerit.*

fol. 46^r Das Capitel *de ascensione domini* ist sehr unvollständig wiedergegeben, ebenso dasjenige der „*Vigilia Pentecostes*“ hier fehlt etwa die Hälfte und das der Beschreibung der Pfingstfeier selbst.

Es fehlt weiter fol. 51^r In festivitate marcellini et petri fol. 51^v In festivitate sancte florentie und das Stück ebendasselbst: *Similiter faciant in festivitate sancte consortiae virginis.* Bei der folgenden Beschreibung der Feierlichkeiten bei Wiederkehr des Festes des hl. Johannes des Täuflers fehlt manches und sind viele, nicht nur textliche, Abweichungen zu notieren; ebenso bei den Festlichkeiten für die Apostelfürsten.

fol. 55^v In translatione s. martini fehlt zwischen den Stücken (bei Herrgott) *Infra octavas horum apłorum* und *octavis Apłorum*; bei dieser Wiedergabe fehlt der Anfang.

Die in Cod. Vat. 6808 **fol. 56v** In translatione s. patris nostri, **fol. 57r** Infra octavas und **fol. 57v** Octavas ejusdem patris fehlen bei Herrgott gänzlich, ebenso das **fol. 57v** wiedergegebene Stück: Exceptio sancti gregorii papae apud cluniacum tertio decimo Kalendarum Augusti; weiter

fol. 58r In festivitate Sancti jacobi Apostoli

ibid. In caelebratio (!) sancti germani episcopi und Festivitate sancti petri ad vincula.

Zwischen dem Feste des hl. Laurentius und Octaba sancti Laurentii fehlt das Stück **fol. 59v** In sancti taurini festivitate.

fol. 62r In sancti phyliberti festivitate, fehlt zwischen Infra octavas und Octavas scē marie; ferner fehlen die Stücke

fol. 63r festivitate sancti augusti et juliani — In festivitate sancti juliani — In decollatione s. johannis.

fol. 64r In sancti marcelli et alii marcelli exceptione (folgt nach Dominica IV. Sept.).

fol. 67v In festivitate S. Mauri cum sociis suis. (Vor agminis aetherei.)

fol. 69r In celebratione sanctorum germani atque remigii.

ibid. In festivitate sancti leodegarii (steht vor Dominica Ia Octobris).

fol. 70v festivitate sancti dionysii. In celebratione s. luce evangelistae. In sancti aquilini etc. stehen vor dem Capitel In Sanctorum Aptorum Symonis et judae.

fol. 73v Sancto quoque menna fehlt vor Vigilia S. martini.

fol. 74v fehlt vor octava S. Martini. Si dominica dies infra octabas evenerit. Si festivitas in octabis infra evenerit. In festivitate sancti Britii.

Nach den Worten oratio de ipso beato (Vet. discipl. pg. 82) fehlt **fol. 75r** In crastino de sancte patre obdone hujus loci pastore. In festivitate sancte cecilie. In sancti clementis festivitas (!) und nach den Worten: ecclesiae ornamentis decoretur (Vet. disc. pg. 84) fehlt Vigilia S. Andreae. Ferner sind von Herrgott nicht wiedergegeben folgende Capitel: **fol. 77r** Translatione sancti benedicti etc. porro festivitas etc. —

fol. 77r Fratribus instituit novembris ista Kalendis sowie der Schluss

fol. 78r Explicit primus liber bonae consuetudinis atque monasticae rectitudinis Incipit liber secundus etc.

Das zweite Buch scheint von Herrgott, soweit die angestellte Vergleichung ergab, ziemlich gut wiedergegeben. Wir geben hier die **fol. 108** sich findende Notiz wieder: Anno dñni MCLXXVI

VII^o decimo kat apl domnus arciepisopus mogontinus magnum bellum cum exercitu regis siculi commisit et eos fugavit in loco qui dicitur carseoli juxta castrum . . . und den Schluss, welcher in der Vetus disciplina mangelhaft wiedergegeben ist. Er lautet: Item pro aliquo amico Plenum officium fiat atque justitia detur. In martyrologio taliter scribendi sunt monachi vel amici. Obierunt adalgarius, darunter Rasur, dann auf derselben Linie: Gerbertus nostre congregationis monachus et depositio domni Chonradi regis et enrici ducis amicorum nostrorum. Ildinus nostre congregationis monachus. Fulcherus nostre congregationis monachus. Jetardus nostre congregationis. Ad capitulum sic pronuntietur infans. Depositio choinradi regis. Ildini. Fulcheri. Jetardi nostre congregationis monachi. Adalgarii. Enrici ducis amicorum nostrorum et aliorum familiarum nostrorum. Sequitur.

Obierunt rex Itolorum. Raynerius amicus noster officium fiat plenum pro utrisque justitia detur et quandoque. Obiit teudberga comitissa fidelis (auf Rasur) nostra justitia detur. Sin abbates ita. Depositio vel obiit hugo abbatis nostre congregationis atque Wido comitissa(?) amici nostri officium fiat plenum pro utrisque et duodecim pauperes reficiantur. De officio pleno non debet pronuntiare in capitulo. Sed in fronte libri hujus nomini (!) scripta ad recordationem. De episcopis monachis vel archiepiscopis seu ex abbatibus, qui habent factam professionem. Sic scribitur in martyrologium. Depositio vel obitum (!) domni iñ episcopi vel archiepiscopi nostre congregationis monachus Ad (!) abbas.

Obiit ille abbas nostre congregationis monachus. Ad (!) illis vero qui non habent facta (!) stabilitatem. Sed tantum in orationem recepti. Ita scribatur obiit ille archiepiscopus. Depositio illius episcopi. Obiit ille abbas Ad (!) monachus. Obiit stephanus monachus. Pro amicis obiit vel obierunt si plures sunt, G. fidelis (auf Rasur) noster vel fidelis nostra — — — (auf Rasur) si femina est. Ad (!) femina Obiit illa sanctimonialis, obiit illa abbatis. Ita ad diaconum obiit P. Levita amicus noster. Ad (!) presbyter obiit johannes presbyter amicus noster. A familiaris alius non scribitur nisi in ultimo quod dicitur et alii familiares nostri et si evenit ut aliquid ex ipsis scribantur nomen tantum ponitur. Initium martyrologii. Hos quibus officium solito damus annue plenum — stigma crucis prodet nomen ut ordo refert.

KIĀN obierunt talis atque talis.

Pro defunctis fratribus breve.

Obiit ille nostre congregationis monachus et in ultimo scribitur pronomen et provincia unde ortus fuit ad cognoscendum eum. De pueris taliter. Obiit. A. puer nostre congregationis.

Item alium cum supplicatione pro monachis.

Obiit A. cantor nostre congregationis monachus, pro quo cunctos fideles sub sancta professione viventes humiliter petimus apud dominum intervenire.

Aus den vorstehenden Mittheilungen geht zur Genüge hervor, wie nothwendig eine Neuausgabe der Consuetudines Farfenses ist. Die Vorarbeiten dazu sind ziemlich geschehen und hoffen wir in absehbarer Zeit dieselbe folgen lassen zu können.

Die Gebetsverbrüderungen des Benedictinerstiftes Kladrau.

Von W. Mayer, k. k. Bezirksrichter in Oberplan (Böhmen).

(Schluss zu Heft IV. 1897, S. 563—570.)

V. Drei Jahrzehnte später gingen die Kladrauer Benedictiner abermals eine Gebetsverbrüderung mit einem inländischem Ordenshause ein, jedoch nicht von der Regel des hl. Benedict, sondern jener des hl. Augustin, nämlich mit dem heute noch in voller Blüte stehenden ritterlichen Orden der Kreuzherren mit dem rothen Sterne zu Prag.¹⁾ Die von diesem Hause am 7. April 1380 ausgefertigte Pergamenturkunde wird von dem Institute für österreichische Geschichtsforschung verwahrt, doch fehlen die einst daran befestigten zwei Siegel. Im Nachstehenden folgt der Wortlaut derselben:

Nos frater Henslinus, supremus magister cruciferorum cum stella dispositione diuina, Joannes prior, Sdenco clauiger totusque conuentus domus hospitalis sancti Francisci de regula beati Augustini in pede pontis Pragensis, dilectis nobis in Christo fratribus Raczconi, Dei et apostolice sedis gratia abbati, Drslao priori, Martino superiori, Raczconi cantori, pro tunc custodi, totique conuentui monasterii Cladrubensis, ordinis sct. Benedicti salutem in Domino et orationum humilium suffragium salutare. Exigente pie deuotionis affectu, quem ad nos et totum nostrum ordinem relatione plurimorum percepimus vos habere, ideoque vobis caritativè concedimus in vita et in morte plenam participationem missarum, orationum, eleemosinarum, abstinentiarum, vigiliarum, disciplinarum omniumque aliorum bonorum spiritualium, que per nos et alios fratres nostros in Bohemia, Moravia, Polonia, Cuyavia, (?) Banaria constitutos operari dignabitur misericordia redemptoris. Insuper cum obitus alicuius vestrum nuntiatus nostro fuerit capitulo, pro eodem per nos orabitur cum compulsatione debita et diuina exercitia cuilibet ordinarie observanda injungentur, prout consuetum est, fieri pro nostris caris amicis et fratribus per nostrum ordinem vniuersum petentes humiliter praemissa per vos ob spem eterne retributionis verissimiliter observari. In cuius rei testimonium praesentes litteras scribi et sigillorum nostrorum appensione iussimus communiri. Datum et actum Prage sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, die sabbati post ostensionem reliquiarum proximo.

¹⁾ Dafür, dass zwischen diesen beiden Klöstern schon früher innigere Beziehungen bestanden, spricht der Umstand, dass am 13. März 1378 der Abt von Kladrau, dann jener des Schottenstiftes zu Wien und der Dechant des Breslauer Domecapitels von Gregor XI. zu Conservatoren des genannten Ordenshauses der Kreuzherren bestellt worden waren. (R. Av. Gr. XI. a. VIII. p. unica, t. XXXII, fol. 122.)